

Sermo

motibus animi pergere ad reconcilia-
dum sibi. et tunc veniens offeres mu-
nus tuum ordinate. prius te offeren-
do. deinde tua. aliter non placet deo
Iudeos. x. Si se subtraxerit non pla-
cebit anime mee. quia talis oblatio sub-
stantiatio est. Ecclesiastici. xxx. ij. Non
sunt beneplacite coram deo substantia-
tiones iniustorum.

Dominica septima. **E**pistola.
ad Romanos. vi.

Et res humanam di-
co propter infirmitatem car-
nis vestre. Sicut enim ex-
hibuistis membra vestra servire im-
mundicie et iniquitati ad iniquitatem
ita nunc exhibete membra vestra ser-
uire iusticie in sanctificationem. Cum
enim serui essetis peccati liberi fuistis
iusticie. Quem ergo fructum habu-
istis tunc in illis in quibus nunc eru-
bescitis. Nam finis illorum mors est
Nunc vero liberati a peccato serui
autem facti deo. habetis fructum ve-
strum in sanctificationem. finem ve-
ro vitam eternam. Stipendia enim
peccati mors. gratia autem dei vita
eterna. In christo ihesu domino nostro.

Euangelium. **M**arci. viij.

In illo tempore Cum
turba multa esset cum ihesu
nec haberent quod mandu-
carent. conuocatis discipulis suis ait
illis Miserior super turbam. quia ecce iam
triduo sustinent me. nec habent quod
manducant. Et si dimisero eos ieiun-
nos in domos suas deficient in via.
Quidam enim ex eis de longe vene-

octuagesimusseptimus

runt. Et responderunt ei discipuli sui
Vnde istos quis poterit saturare
panibus in solitudine. Et interroga-
uit eos. Quot panes habetis. Qui di-
xerunt septem. Et precepit turbe di-
scubere super terram. et accipies. vij. paes
gracias agens fregit et dabit discipu-
lis suis ut apponerent. et apposuerunt
turbe Et habebant pisciculos pau-
cos. Et ipsos benedixit et iussit appo-
si Et manducauerunt et saturati sunt.
Et sustulerunt quod superauerat de
fragmentis septem sportas Erant
autem qui manducauerunt quasi quatuor
millia. et dimisit eos

Dominica septima

Sermo octuagesimusseptimus

Qum turba multa esset
cum ihesu nec haberent quod
manducarent. conuocatis di-
scipulis ait illis. Miserior supra tur-
bam. In euangelio precedentis do-
minice reprobata est iusticia iudeorum.
In hoc autem euangelio tangitur de
uocatione gentium vel gentium. quod
signatur per turbas de longe venien-
tes ad christum solem. de tenebris in
fidelitatis et ignorantie. quibus ipse
miserus refectionem spiritus sancti in-
partitur ne ieiunium deficiant in via pen-
santis vite. Vnde clamat ecclesia in in-
troitu. Dominus fortitudo plebis sue
et protector Quia vero fides est vi-
a per quam uenitur ad christum. Legitur
epistola in qua agitur de sacramento
fidei. scilicet de baptismo. Tres solemnes re-
fectiones legitur christus exhibuisse.
Primam quinque milibus quos paup-
erum panibus ordeaceis. et duobus
piscibus.